



**Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrio, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Qvæstio XXXIII. Al illæ tres vices sint intelligendæ de vno die, vel detribus  
diebus interpolatis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

doctrina Bart. sup. & aliorum. Marſil. ſig. in d.l. repet. numer. 4. & in d. quodam num. 2. Farinac. d. quodam. 38. num. 83. Si tamen inchoafferā grauiore, & propter induratum animum rei, & robur corporis, nondum fatis indicia expurgata, poſſet adhuc repeti. Hoc ordinarie obſeruandum, vt ultra tertiam vi-

cem tortura non extendatur, Bertaz.

conf. 320. lib. 2. dixi d. vers. quoad iteratio-

nem: quia censetur se plane reus expur-

gasse. Hæc quoad posterius.

Porro in nostro criminē, propter cauſam in quaſtione poſitam, poterit iudex facilius vīque ad tertiam venire.

### QVÆSTIO XXXII.

*An in iure & legibus fundamen-*  
*tum habeat, quod quidam dicunt*  
*torturam non debere repe-*  
*ti, ultra tertiam*  
*vicem?*

**N**oncito quicquam iurescriptum, vt id receptum fit: sed ex communione Doctorum opinione, in praxim id arbitror, vt æquitati consentaneum, delumptum. id tenuit Caſtr. conf. 199. num. 5. libr. 2. Blanc. de indic. nu. 14. Cazon. d. cap. 14. Marſil. in §. occurrit. col. 2. versic. & potest ponii. & confit. 8. numer. 37. & in d.l. repet. nu. 15. Clarus. d. quodam. 64. numer. 32. Ciriſ. in summ. crim. §. 11. nu. 5. Bonacoff. commun. opin. criminal. p. 1. vers. torquendus debet habere. Grammat. conf. 21. num. 7. & vot. 6. numer. 17. Boſſius tit. de tortur. numer. 44. Carrer. tit. de inducij. numer. 194. & seq. Bertaz. zol. conf. 145. num. 2. Farinac. quodam. 38. à numer. 32. Binsfeld. d. concl. 14. probatur à simili. quia ſic tria onera tutelarum excusat tutorēm, l. tria onera D. de

A excus. tut. item repetitio de dando ad trinam reſtringitur, ne hæres nimium grauetur, l. fideicomissa §. si quis de- cem. D. de leg. 3. nam teste Philosopho tria ſunt omnia, & torturis certus ali- quis terminus erat præfigendus. Boſſius sup. dicit ſe à nullis bonis iudici- bus, fed à ſolis carnificibus vidiffe hunc numerum transgreſi. Si tamen poſt tertiam vicem iudex aliquis reperiret noua indicia vrgentissima, putem in rigore poſſe ulterius tendere. Nam ita conſuetudo non plus ligat, quam face- ret ius ſcriptum: & poſſet intelligi de omnibus indicijs quæ tertiam vicem præcedunt, quomodo enim cenebun- tur expurgata, quæ prius ignorabantur? Fateor hoc dictum nouum, fed no- quia nouum caret optima ratione, vt oſtenſum, & confirmatur prox. quodam.

33\*

### QVÆSTIO XXXIII.

*An illæ tres vices ſint intelligenda*  
*de uno die, vel de tribus diebus*  
*interpolatis?*

**V**obis non niſi de tribus die- bus interpolatis, patet ita ut inter ſingulas quaſtio- nes dies viginti quatuor horarum intercedat, vt terror & dolor præcedens reſideat: & nouus metus ac cruciatus grauior formidabiliorque efficiatur. Dixi d. vers. quoad iteratio- nem, & tenuit poſt citatos prox. quaſtio- ne Farinac. d. quodam. 38. nu. 103. Nec vlliſ memini, qui icriſperit vno die ter re- peti torturam poſſe. Niſi quod Baiard. ad Clarum lancum. videatur inſinua- re, quod commune illud dictum Pauli Caſtrenſ. & aliorum fallat in atrociori- bus. Evidem limitatio æquitate non caret, & in nostro criminē non raro

foret

foret necessaria, & probatur à simili: sic enim in atrocioribus sceleribus plus quam tres icts in qualibet tortura dari posse docuit Carrer. *tratt. de indic. & tortur. fol. 163.* certa enim reg. in huiusmodi tradi non potest. *Vide supra question. 24. & 25.*

## QVÆSTIO XXXIV.

*Quid si reus tot delicta commisisset, quod examen uno die absolu non posset?*

**R**atio dictat, & necelitas veritatis indagandæ ad iustitiae administrationem exigit, de ijs quæ super sunt alio die examen institui. Ideo si quis de quinque diuersis criminibus foret delatus, & ex indicijs grauibus suspectus, & de tribus tantum delictis tres questiones & examina consumpta, de reliquis toties torquendus erit, donec examen de ijs fuerit perfectum & absolutum. Ita DD. Friburgenses, qui probant, quia de omnibus debet examinari, & non fuit examinatus de prioribus, confirmant à simili. Hic reus sufficienter, hoc est bis aut ter tortus, atque contra se crimen confessus, quarto aut quinto torqueri potest ad detegendum socios, quia ratione sociorum nunquam fuit tortus: *Binsfeld. u.l. 7. concl. 13.* ita ratione alterius delicti, de quo nunquam est tortus, repeti potest quæstio, & quidem toties, donec fuerit de omnibus examinatus. Si quis consequentiam negaret, probbo: quia plus interest reip. scire crimen huius rei, quam socios ipsius criminis, nam & noui criminis nouos seu alios socios est detecturus. Deinde non est maior ratio cur torqueri possit de uno criminis, quam de alio, immo si prius esset examinatus de leuioribus: foret

A maior ratio, eum examinari de gravioribus reliquis. Denique propter solemnitatem illam numeri, quæ est mereiuris positui, non decet iudicem, quidquam relinquere indiscutibilem, aut indiscretum, ac negligenter, precipitanter procedere.

## QVÆSTIO XXXV.

*An consuetudines locorum, quoad modum torturæ simpliciter sequende sint, cum magna sit differentia personarum, indiciorum, criminum, ita quid non semper uno & eodem modo possit procedi, & casus, causa, & genera tormentorum sive lege, sive consuetudine nequeant determinari?*

**C**ori consuetudo vim legis obtinet, *Cyn. & Bald. in li. I. ad fin. C. quæst. longa consuetudo. Marfil. singul. 118. Affid. decis. 135. num. 3. & decis. 233. numer. 5. Felix. in capit. 2. de rescript. ideo consuetudines locorum, usus & stylus curiarum sequendus iudicibus, lib. 3. §. fin. D. de test. cap. quam graui. de crimin. fals. Barth. & alij in l. fin. C. de iniur. & in l. iurisperitos. D. de excusat. Etiam in gravioribus & atrocioribus. Clarus lib. 5. §. 1. numer. 6. Menoch. de arbit. cas. 474. numer. 62. Mascard. concl. 1317. num. 47. Farinac. question. 43. numer. 144. Burfat. consl. 20. num. 67. & consl. 69. numer. 25. & ideo sic in praesenti tenuerunt DD. Patauini.*

Sed DD. Friburgenses fatentur iudices à nouis & iniustitatis in prouincia torquendi modis abstinere debere, & in hoc crimine consuetis & solitis uti: (*citant Binsfeld. Farinac. & alios*) item modus torturæ in prouincia receptus esset admodum remissus, & pro criminis grauitate & persona